



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XIII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Joannes Papa hujus nominis tertius Monasterium Sveffionense, quia honori Mariano dicatum erat, variis ornavit Privilegiis, exemita à tributis etiam pro bello colligendis; illudq; omni jurisdictioni exemptum sub Romanæ sedis protectione voluit esse. *Ballin.* Nihil nempe Marianum communi legi subiectum.

S. Joannes ora pro me MARIAM, ut me potestati & jurisdictioni dæmonis, in quam ego me toties infanus conjeci, clementer eripiat, ne potestas inferorum adversus me prævaleat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum Gersone hodie parvulum aliquem aliquid è cultu Mariano edocebo, ut ex ore infantium ejus laus perficiatur.

MARIA tripliciter adjuvat peccatores. Impetratoriè si non meritoriè propter statum; commissivè per aliquos Angelorum vel Sanctorum, cooperativè per principalem sui donationem. *Gerson. tr. 6. in Magnif.*

Quæstio: An Beatissima Virgo in ultima cæna cum Apostolis Sacrosanctam Eucharistiam sumpserit, *v. Metaph. de dormit. V.*